gurgitem, unde egrediuntur legiones dæmonum, qui parati sunt, ut gravissima vobis inferant prælia; oculos conjicite in mundum hunc præstigiatorem, in quo vivitis, & in laqueos, quos vobis circum ubique tendit. Oculos in cœlum attollite, unde potestis auxilium sperare, sed quod propter vestras infidelitates vobis semper clausum esse oporteret. Vosmet ipsos colligite; inordinatorum affectuum vestrorum tumultum audite, videte rebellionem carnis, ac dura certamina, quæ indefinenter vestræ infert voluntati. Post hæc dicite, periculum, in quo estis, pereundi non esse manifestum, & Apostolum exaggerare, cum præcipit, ut cum timore, & tremore salutem nostram operemur. *Cum metu, & tremore salutem vestram operamini*. Hic tamen timor licet æquissimus, numquam de spe vos debet perturbare: desperatio, inquit Apostolus ad Rom. 2. pars est malum operantis: *Angustia in omnem animam hominis operantis malum*. Adspectus imminentis periculi, modica spes, quam in propriis viribus invenimus, inevitabilis alieni subsidii necessitas, ut vel unum bonum foveamus desiderium salutis; hæc omnia detinere nos debent in profunda humilitate, & jugi sollicitudine, ne Divino patrocinio efficiamur indigni. *P. Segneri in Medit.*

Nostræ salutis opus esse debet nobis opus molestum, ac laboriosum, quod nobis benevertere nequit, nisi diligentissime in eo nosmet exercuerimus: *Vestram salutem operamini*. Philip. 2. Salus non est ex illis operibus, quę inter plures distribui possunt. Numquam sane soli eidem vacabimus; hoc est enim opus tam Dei, quam hominis, & magis etiam Dei, quam nostrum: sed ille hoc omnino citra laborem nostrum non perficiet. Deus quidem ex se omnia perficiet; etenim sine illo ipsi nihil facere possumus. Nos quoque omnia faciemus ex parte nostra; quia Deus, qui nos prævenit, nihil ad magni hujus operis conferet complementum, nisi quatenus & ipsi cooperari, ejusque subsidio uti voluerimus. *P. Segneri in Meditat.*

Vis ad cœlum rapiendum adhibenda duo habet objecta, Deum, & nosmet, Deo quidem per orationem vim inferemus. Quamvis enim cupiat nobis suum largiri paradisum; vult tamen, nos cum ipso ita agere, quasi ille nobis esset extorquendus per importunitatem: *Propter improbitatem dabit*: Oratio autem unica ratio est Deo vim inferendi. Vis autem, quam nobismet ipsi debemus inferre, in omnimoda nostrummet abnegatione consistit. Oculos claudere objectis omnibus periculosis, aures obstruere blandis sermonibus; linguam compescere, ubi vellet in impatientiæ, acrimoniæ, irrisionis, & obtrectationis vocabula erumpere; in ipso corde jugulare sensus omnes vanitatis, superbiæ, ultionis; hæc vis est nobismet inferenda; ita Regnum cœlorum vi rapitur; ita miles arcem oppugnans obicem omnem arcet, ac propellit. Quod fit vi, brevietiam fieri consuevit; quapropter dictum est, & *violenti rapiunt illud*. Matth. 11. Adhibeamus vim omnem, quę necessaria est, & regnum hoc momento acquiremus. Momentum latroni bono de cruce pendenti fuit satis, ut audire mereretur ex ore JESU CHRISTI hæc verba Luc. 23. *Hodie mecum eris in Paradiso*. Exemplum hoc quidem portenti loco est; sed licet ætate provecti simus, agitur tantum de constanti voluntate Deo, nobisque vim faciendi; Deo quidem per Orationem; nobis vero tandem aliquando abrenuntiandi inanibus sæculi voluptatibus. *P. Segneri Meditat.*

Ut salutem nostram operamur, precibus cœlo vim debemus inferre.

SANCTITAS.

Perfectio, virtus &c. Obligatio crescendi in sanctitate, & ad perfectionem adnitendi &c.

MONITUM.

SERMO *de Sanctitate, & Christiana perfectione primo statim intuitu nimis late vagari videbitur cuipiam; quoniam omnium virtutum praxis, præceptorum, & consiliorum evangelicorum observantia, patientia, sensuum affectuumque mortificationes, omniaque bona opera huc tendunt, ut nos sanctos, & perfectos Christianos efficiant; & quemadmodum hæc totidem sunt veluti ad Sanctitatem acquirendam subsidia, exigeret, uti videtur, hoc argumentum de iis omnibus verba fieri; quoniam christiana perfectio in harum rerum congregatione consistit, cum unicus defectus, & unum, quod desideretur, sufficiat, ut opus sit imperfectum.*

Verum enim vero hoc non probbet, quominus haberi valeat sermo de sanctitate generatim; cum enim Deus non alios sanctitati, & perfectioni a nobis acquirendæ fines præscribat, quam propriæ sanctitatis terminos, & ad hunc finem creati simus, non adeo operosum est in tam patenti argumento aliquos sibi cancellos statuere, verba faciendo vel de sanctitatis adipiscendæ necessitate, vel de desiderio in perfectione progrediendi, & in sanctitate in dies magis crescendi. Præterquamquod cum perfectio, & sanctitas plures habeant gradus, quemadmodum in cœlo diversæ mansiones, & coronæ sunt, a Christiano quærendum est, ut adnitatur eam acquirere perfectionem, quam ille status requirit, ad quem ipsum Providentia vocavit, quin longam illam persequamur enumerationem rerum earum, quas si fecerimus, eo pervenire possimus.

Notandum solum est, nos de hac re alibi jam fuisse in aliis argumentis locutos, quæ aliquem cum hoc nexum habent, cujusmodi sunt salutis cura, fervor in cultu Dei, in minimis rebus fidelitas, & alia, quæ, si res feret, consulere poteris.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Variæ Concionum hujus Argumenti Structuræ.

PRo concionis ad formandos mores aptissimę, utilissimæque argumento desumi potest veritas hæc evangelica; in sanctitate, & virtute semper esse progrediendum, quin aliquos umquam nobis cancellos statuamus ejus perfectionis, quam acquirere possumus; idque ob triplicem causam, quæ erit sermonis partitio. Prima ex Dei mandato id jubentis, atque volentis desumpta est: *Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra* 1. ad Thessal. 4. *Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est &c.* Matth. 5. Altera est exemplum filii Dei, qui noster prototypus est. *Jesus proficiebat sapientia, & gratia apud Deum, & homines*. Luc. 2. Tertia demum desumitur ex gratia, quæ nobis ad id præbet auxilium. Itaque Deus simul & mandatum præbet, & exemplum, & auxilium semper in perfectione crescendi, & in dies majorem acquirendi sanctitatem.

Pars Prima. Hæc Dei voluntas est, qui hoc nobis palam præcepit, & perfectionem nostram sua putat interesse. 1. Quatenus creator, & postremus finis noster; gloria enim opificis est opus suum, & opus excellens mirifice commendat auctorem suum. Nos Dei opera sumus, qui noluit nos creare perfectos, quemadmodum primum hominem creavit, sed voluit, nosmet ipsos nostræ perfectioni adlaborare, eique manum extremam admovere. Ita unus perfectus homo in aliqua societate majorem Dei gloriam affert, atque dignius eum laudat, quam alii quamplurimi. Quid? Num reliqua Dei opera perfecta erunt quęlibet in genere suo: Cœli, Sol, Terra, omniaque alia Dei opera elegantissima habebunt ejus perfectionis, cui paria sunt, lineamenta: homo autem, quod potissimum, perfectissimumque illius esse debet opus, satis putabit sibi mediocrem, deformatamque esse virtutem? Profecto, quemadmodum ille nos ad majorem sui nominis gloriam creavit, quot perfectionis gradus nobis desunt, tot sunt furta, ac latrocinia, quibus illius gloriam surripimus. Ad hæc, cum Deus sit novissimus finis noster, nulla actio est, quæ pro ipso fieri non debeat, nullum verbum, nulla cogitatio, ne unus quidem cordis nostri motus, qui in ipsum non tendat; ideoque perfectio nostra in hoc sita est, quod toti

simus illius, ad illum quam propius accedamus, eique nos similes præbeamus. Ad id autem semper progrediendum est, sine ulla intermissione procedendum, si in perfectione, & sanctitate proficere cupimus; quia inter ipsum, & nos infinitum semper aderit intervallum. At hoccine præceptum est? Respondeo, religiosis quidem ex omnium Theologorum post Aquinatem sententia, præceptum esse, cæterum existimandum non esse, eos solos teneri, ut ad sublimem perfectionis, & sanctitatis gradum adnitantur; etenim si evangelica excipias præcepta, quibus noluit mortales universos subjicere, sæculares quoque conari debent, ut status sui perfectionem acquirant. Evangelia non sunt duo; pro sæcularibus alterum, alterum pro cœnobitis; neque duæ sunt viæ, quibus ad cœlum perveniatur; arctior, & difficilior altera, pro illis, qui sese divino cultui devoverunt; altera vero latior, & facilior pro illis, qui vivunt in mundo. Omnibus generatim Salvator dixit Luc. 13. *Contendite intrare per angustam portam*, quemadmodum palam Apostolis suis declaravit: *Quod vobis dico, omnibus dico, &c.*

Pars altera. Dei filio satis non fuit nobis præbere præceptum omnia credendi, ac in dies ad sublimiorem perfectionis, & sanctitatis gradum perveniendi; præbuit etiam exemplum in se ipso, proficiens, ut inquit evangelium, gratia, & sapientia coram Deo, & hominibus. Nam licet ille Sanctus esset infinita sanctitate ex primo conceptionis suæ momento, & ex eodem omnem jam haberet sapientiæ plenitudinem, quam in vitæ suæ fine habebat, eam tamen evolvere, & explicare voluit, ac magis magisque in dies quasi crescentem ostendere, prout ipse crescebat ætate. Præterea in laboribus quoque, & ærumnis crescere voluit, quin umquam subsisteret. Annos triginta in tenebris, & arte laboriosissima transegit; mox urbes, vicosque ad animas lucrandas, & peccatores convertendos peragravit. Denique crudelem, turpemque mortem perpessus est; semper crevit; semper proficit; semper zelum, & amorem suum magis, magisque probavit. Hoc ille nobis dedit exemplum, nobisque dicere licebit, satis est, ubi divini hujus prototypi perfectionem assecuti fuerimus. *Ibi cursus tui metam fige, o Christiane, ubi Christus fixit suam*. Cum pervenerimus ad hanc annihilationem, mortificationem, patientiam, sanctitatem, tunc dicere poterimus, satis est; sed ante illud tempus quiescere velle, manifesta illusio est; est retrogredi. In tota Salvatoris vita si animum adverteris, nil distat a summo. Malorum perpessiones, humiliationes ad summum, Virtutes omnes in summo perfectionis gradu exercitæ fuerunt; & nos in mediocritate subsistere poterimus? Et existimabimus satis a nobis factum fuisse, ut quiescendi jus habeamus? Heu! *Ibi cursus tui metam fige, ubi Christus fixit suam*. Si dicimus; opus esse gloriam opificis, & causæ effectum, discipulus non minus esse debet gloria institutoris sui, & nos eo perfectiores erimus, quo propius illum imitari conabimur. Tot illum imitati sunt, nos vero eum sequi pudebit? Cogitemus, in hoc sitam esse nostram sanctitatem, ac perfectionem.

Pars tertia. Non solum mandavit Deus, ut sancti, & perfecti essemus, neque solum hoc nos docuit exemplo, sed tertio auxilium etiam præbuit, quo in dies crescceremus, & incessanter progrederemur in virtute; hoc autem auxilium gratia est cum actualis, tum habitualis. Hæc enim semper usque in infinitum crescere potest, quippe quæ hæc proprie nostram efficit sanctitatem, quamobrem sanctificans appellatur. Illam vero, actualem videlicet gratiam, Deus nobis in singula fere exhibet momenta; hæc nos urget, sollicitatque ad amplissima facta, quæ sunt nostræ sanctitatis causa, & mensura. Recense omnia subsidia, quæ nobis divina suppeditat Providentia crescendi, & in dies ad perfectionem progrediendi: quot sese offerant quotidie occasiones exercendi modo humilitatem, modo patientiam, modo mortificationem. Si huic responderimus gratiæ, quam meritorum congeriem intra mensem, annum, ad vitæ exitum congregabimus; cumque ad stadii finem pervenerimus, quænam absoluta erit a nobis meritorum via semper progredientibus, nec subsistentibus uspiam? &c.

II. Sanctitas, quam nobis præcipit Deus, & sine qua nulla salus speranda est, in hominum animis tres validos obices infringendos invenit, licentiam, ignorantiam, inertiam; vel ut clarius loquar, tria Christianorum genera illam impugnant, vel male affecti sunt erga eamdem.

1. Homines in omnem effusi licentiam eam perstringunt, eique abrogant fidem. 2. Ignari male intelligunt illam, & in usu, quem faciunt, vel quam se facere credunt, fallaces ejusdem ideas concipiunt. 3. Ignavi eam ad praxin redigi non posse putant, & ad eamdem se pervenire desperant. Primi illi maligni, & critici eam in odium rapiunt; secundi rudes, & carnales ejusdem pro libidine, ac sensu suo ideas sibi efformant. Tertii infirmi, & languidi difficultatibus deterriti illi abrenunciant. *Ex sermone P. Bourdalove de Sanctitate &c. Hæc partitio æque bene & devotionis argumento quadrat.*

III. 1. Possumus fieri Sancti, perfectique Christiani in statu, & conditione nostra. Ad id necessarias habemus gratias; sexcenta externa subsidia, quæ nos excitant, nobisque opitulantur; occasiones innumeras exercendarum virtutum, quæ nos perficiunt; & quod omnem nobis aufert prætextum, ex omnibus temporalibus negotiis, quæ sunt statui nostro conformia, ne unum quidem prohibere nos potest, ne sanctitatem, si velimus, acquiramus. 2. Adnitendum nobis est, ut in eo statu, in quo nos Providentia constituit, sanctitatem adipiscamur, & perfecti efficiamur. Hoc inevitabile est Dei præceptum, quod ad omnes pertinet, & falluntur, qui ad religiosos tantum illud spectare arbitrantur. Hoc in baptismo polliciti sumus; denique ad id unum in lucem sumus editi &c.

IV. 1. Nostrum erga Deum postulat officium, ut ad sublimiorem perfectionis adnitamur gradum, qui nostram deceat professionem, & ut nosmet Sanctos efficiamus. Alia quælibet Dei serviendi ratio eodem indigna est. Deus, quem colimus, & Dominus, cui famulamur, infinite Sanctus est, & perfectus, neque nos evocavit, ut ipsi famularemur, nisi ut aliquo modo eum imitaremur. *Perfecti estote, quoniam ego perfectus sum &c.* 2. Nostra interest ad perfectionem adniti, & majorem pro viribus sanctitatis gradum acquirere; quia non solum magni, beatique erimus in cælo juxta sanctitatis nostræ mensuram; sed etiam quod alia quælibet via perveniendi ad gradum virtutis ad salutem necessariæ inefficax est, nisi semper progredi conati fuerimus.

V. 1. Christiani hominis officia adimplere, statuque, & professionis nostræ muneribus satisfacere non possumus, quin ad perfectionem adnitamur; quia alioquin semper infra subsistimus, nec pervenimus umquam ad gradum, qui omnino necessarius est. 2. Nisi ad id contenderimus, quod in statu nostro, & Christiana religione perfectissimum est, neq ieunt superari difficultates, quæ in salute operanda occurrunt, & obices, qui adversantur, seu ex nobis, corrupta natura, & concupiscentiæ rebellione proficiscantur, seu externæ sint, molestæ, delicatæque occasiones, quæ in vitæ hujus cursu nimis frequentes sunt. *Ex Christianis sermonibus tom. 1. Dominic.*

VI. Ut perveniamus ad perfectionem, quam petit Deus a Christiano in eo statu, & conditione, in quo illum Providentia constituit, 1. ardenter desideranda est, alioquin nonnisi imbecilles conatus exeremus ad eam consequendam; & docet experientia, quamprimum negligi, & derelinqui, quod multo obtinendum est labore, & quod non adeo vehementer optatur. 2. Ad id constanter, & sine intermissione adlaborandum est; si enim in molesto, & laboriosо hoc subsistimus stadio, retrocedimus, non proficimus; & naturæ nostræ pondus nos retrahit a termino, quo tendendum est. 3. Veræ ineundæ sunt viæ; non secus ac, ut ad eum, quo cupis, terminum pervenias, illa ingredienda via est, quæ illuc ducit. Hæc autem via est praxis Christianarum virtutum.

VII. Adnitendum nobis est, ut nosmet sanctificemus, & eam acquiramus perfectionem, quam religio, & status noster postulant ob duplicem causam, quæ sermonis erit partitio.

Prior est Deum hoc velle: *Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra*; & hanc nobis voluntatem significavit, præcepto, quod tulit, exhortationibus, quibus nos excitavit gratiis, quas offert, & subsidiis, quæ illius nobis Providentia ministrat.

Altera est, nos in baptismo solemnibus hoc recepisse promissionibus, & quatenus Christianos hoc ipsum palam profiteri. *Ex P. Texier, tom. 1. Dominic.*

VIII. 1. Deus nobis præceptum tradidit, ut sanctitatem, & perfectionem assequeremur. 2. Se ipsum nobis pro-

propofuit in prototypum, deditque filium fuum, cujus imitaremur exemplum. 3. Pro fanctitate folum coronas habet, & præmia. *Ex eodem.*

IX. 1. Ut adipifcamur perfectionem chriftianam, & fanctitatem, quam a nobis exigit Deus, & quam ipfi etiam nos fecuturos fpopondimus, fortitudine, & conftantia opus eft ad fuperandas difficultates, & obices, qui occurrunt. 2. Vigilantia, & fidelitate opus eft erga gratias, quas nobis ad id largitur Deus; alioquin enim nobis e abi fineremus pulcherrimas proficiendi occafiones. 3. Iis uti opus eft fubfidiis, quæ Dei filius nos docuit, illa in praxin redigere, & eligere etiam, quæ funt efficaciffima, ac ftatui noftro maxime convenientia.

X. Chriftianus homo eft, qui per profeffionem, ftatumque fuum a mundo feparatus eft; hæc prima eft qualitas ejus, & primum illud, quod neceffarium eft, ut fancti, perfectique fimus: abhorrere a mundi placitis, a criminibus, quæ ibi patrantur, & ibi pereundi periculis. 2. Homo eft, qui propter infinitos titulos, qui ab illius conditione feparari non poffunt, Deo confecratus eft, ideoque illum amare debet, colere, illi infervire, & gloriam illius procurare; quod eum fanctum & perfectum Chriftianum conftituit, fi diverfis his perfunctus fuerit officiis, ut recepit. *In primis fermonibus P. Bourdalove,*

XI. Poffe nos, immo debere adniti, ut fancti, & perfecti fimus in omnibus conditionibus, ftatibufque, quos Providentia conftituit, & leges probant. 1. Quia homines quocumque in ftatu fint, & quamcumque conditionem amplectantur, creati funt propter Cœlum, & ut fint æternum beati; quod confequi non nifi per fanctitatem poffunt, quæ pofita eft in peccati immunitate, & chriftianarum virtutum exercitatione. 2. Quia omnes homines eafdem habent leges, eadem præcepta, idem evangelium, & fi media diverfa funt pro ftatuum varietate, femper tamen communi, & generali huic fini funt accommodata. 3. Vita filii Dei, cui noftra conformis effe debet, ut fimus ex numero prædeftinatorum, effe debet pro norma, & exemplari mortalibus omnibus, & ille fanctus eft, qui eft eidem conformis.

XII. 1. Quanti Deo ftetit facere Sanctum, cum unico tantum illi ftaterit verbo creare mundum ea in perfectione, quam intuemur; labores, ærumnæ, miracula, paffiones, & mors Hominis Dei. 2. Sperandum non eft, nos fine laboribus fanctitatem, & perfectionem adepturos.

XIII. Ambigi nequit, quominus perfectio, & fanctitas fit fcientia, eaque omnium fcientiarum præftantiffima, & maxime neceffaria. Ita Scriptura modo eam vocat fcientiam fanctorum: *Dedit illi fcientiam fanctorum*; Sap. 10. modo fcientiam falutis; *Ad dandam fcientiam falutis plebi ejus*. Luc. 1. Ad hanc autem divinam fcientiam addifcendam nihil nobis defiderandum eft vel 1. ex parte magiftri, qui illam nos docet verbo, & exemplo; qui homo factus eft, ut fe mentis noftræ imbecillitati fubmitteret; qui nobis inte ligendi vim præbet, quod non alius facere poteft magifter, & qui egregiam & admirabilem habet methodum, ut in ea brevi nos perfectos efficiat; 2. vel ex parte difcipulorum, Nemo eft, cui fatis non fit ingenii, ut eamdem perdifcat; quoniam ii etiam, qui maxime fimplices, ac rudes funt, in eadem excellere poffunt; ftudium, & attentio, quæ in illa adhibetur, nequaquam prohibet, ne ad alia negotia incumbamus; quidquid eft in mundo ibique accidit, conferre poteft, ut in fcientia hac proficiamus; & demum quotidie fieri poffumus in ea perfectiores &c.

XIV. Cum Scriptura de perfectione, & fanctitate loquatur fub nomine, ac fymbolo viæ, atque itineris, ubi omnes homines, quatenus viatores ambulare tenentur, ac femper fine intermiffione progredi, confiderare poffumus

1. Viæ hujus qualitates. Recta eft, ac tuto nos ad terminum, ad quem anhelamus, adducit; arcta eft, neque contendere debemus, ut latior fiat, quin aberremus, & in præceps ruamus; unica eft, omnibufque hominibus communis; unde fequitur, cum non fuperfit altera, neceffario hanc effe arripiendam, fi eo, quo contendimus, volumus pervenire. Demum quamquam arcta, difficiliffque hæc via fit, infinite complanata eft, tum propter opem, quam nobis fert Deus, tum propter exemplum & Dei, qui primus per illam inceffit, & aliorum, qui innumeri eamdem fecuti funt. 2. Quomodo in via hac fit ambulandum: videlicet affidue, quin immoremur, & fatigemur; etenim non progredi eft regredi, & retrocedere: celeriter currendum eft, ut loquitur Prophe-

ta: Pfal. 118. *Viam mandatorum tuorum cucurri*. Ambulandum eft ufque ad vitæ finem; ftadium eft, ubi femper procedere poffumus; & quod nullum finem habet, nifi cum morte.

PARAGRAPHUS ALTER.

Fontes, auctoresque, undo depromi copia poteſt ad propoſitas concionum ſtructuras exornandas.

S. Auguftinus *lib.* 50. *Homil. Homil.* 34. docet, perfectionem chriftianam non in hoc effe pofitam, ut omnia bona tua pauperibus eroges, & omnia relinquas; hoc enim non aliud eft, quam medium ad eam affequendam; fed in hoc, ut JESUM CHRISTUM fequaris: *Si vis perfectus effe, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & fequere me.* Sancti Patres.

S. Hieronymus *in c.* 38. *Jobi* recenfet varios Sanctorum ordines, qui ornant ecclefiam, & varios modos, quibus fanctificamur.

Idem in Matth. ad cap. 19. oftendit ad hoc, ut perfecti fimus, non fatis effe omnia fortunæ bona relinquere, quod Philofophi nonnulli fecerunt; fed relinquenda effe, ut fine obice, & fine ulla divifione curarum JESUM CHRISTUM fequamur.

S. Bafilius *in Pfal.* 1. fanctitatem comparat fcalæ Jacob, ubi femper afcendendum eft, ut ad perfectionis faftigium perveniatur.

S. Chryfoftomus *lib. de Virginit. c.* 84. docet Chriftianos fanctiores, & perfectiores effe debere, quam antiquæ legis fanctos, quia uberiorem habent gratiæ affluentiam.

Origenes, *Homil.* 11. *in cap.* 20. *Levit.* oftendit, quod Sanctum effe, eft effe devotum cultui Dei, & a communi ufu feparatum, quod iis rebus omnibus commune eft, quæ fanctæ dicuntur.

S. Dionyfius *de Eccleſ. Hierarch.*, & S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 124. *art.* 5. oftendunt, ftatum religiofum effe ftatum, ubi ad altiffimum perfectionis gradum quilibet conari debet.

Caffianus *Coll.* 6. *Abbat. Theod. cap.* 14. docet femper in virtute crefcendum, & in perfectionis via progrediendum.

Idem *Collat.* 10. *c. ultimo* docet, neminem quantumvis rudem, & ignarum a fanctitate, & perfectione, ad quam omnes contendere debent, prohiberi.

S. Gregorius Nyffenus hanc fanctitatis, & perfectionis acquirendæ regulam tradit, legere fanctorum exempla, quæ fcripta fuerunt, ut ad fanctitatem per illa excitaremur.

S. Bernardus *Serm. de diligendo Deo* oftendit, quo arctius conjungimur Deo, eo fanctiores, atque perfectiores fieri.

Idem *Epift.* 341. *ad Monach.* oftendit, quemadmodum in mundo ambitiofi numquam contenti funt dignitatibus, quas habent, fed ad altiora femper adnituntur; ita nobis numquam fubfiftendum effe, fed femper progrediendum.

Idem *Serm.* 3. *de Affumpt.* loquitur de diverfis Sanctorum generibus, variifque fefe fanctificandi rationibus.

Idem *Serm.* 1. *de Adventu* oftendit, ut fanctus fias, non longa tibi fufcipienda effe itinera, laborefque &c.

S. Leo *Serm.* 11. *Quadrag.* docet fanctitatem, & perfectionem acquirendam initium ducendum effe a præceptorum obfervantia, & jam longe proceffiffe qui ea fideliter adimplet.

Origenes *Tract.* 8. *in Matth.* oftendit, præceptorum Decalogi obfervantiam neceffariam effe, ut fancti, perfectique fimus, fed non fufficere.

Richardus *De Gradibus Charitatis cap.* 3. docet, charitatem, quæ noftra perfectio eft, femper crefcere debere.

Jacobus Alvares prolixum edidit tractatum de perfectione chriftiana, ubi oftendit in quo confiftat, & in quo fecus; & eam poffibilem effe demonftrat. Afceticæque.

Alphonfus Rodriguez, cujus opera omnia infcribuntur: *Praxis perfectionis, & virtutum chriſtianarum, & religioſarum*, in ipfo primi tomi exordio, libro primo agit de perfectionis defiderio, de neceffitate ad illam tendendi, ac mediis ad eam perveniendi.

P. Ludovicus a Ponte quatuor edidit hujus argumenti tomos, quibus collegit quidquid dici poteft.

Lancicius *Opufc.* 3. *c.* 10. & *opufc.* 10.

P. Saint Jure lib. 2. de cognitione, & amore Domini noftri oftendit, Chriftianam perfectionem in unione cum Deo confiftere.

Hie-

Hieronymus Platus *lib.* 1. *de bono ſtatus religioſi c.* 12. docet non religiofis folum, fed omnibus Chriftianis ad perfectionem effe contendendum.

P. Gaudier magnum edidit volumen, *de natura, & cauſis perfectionis.*

Cardinalis de Richelieu libro de Chriftiani perfectione c. 6. docet, in quo confiftat, & media efficacia ad eam confequendam.

P. Nepven in libro, cui titulus: *Spiritus Chriſtianiſmi* cap. 3. docet nos effe non poffe veros, perfectofque Chriftianos, nifi conati fuerimus imitari JESUM CHRISTUM, qui noftrum eft exemplar.

Liber, qui infcribitur Animadverfiones in quædam religionis, Ethicæque argumenta, plures habet locos, ubi agit de fanctitate.

In primo tomo operis noftri, titulo, de baptifmo, & nomine Chriftiani, plura invenientur dei obligatione, quæ ad fanctitatem contendere tenemur, quæ iftic non cenfuimus effe repetenda.

P. Croifet tomo 1. confiderationum chriftianarum in quodam articulo probat, nullam folidam effe nifi in virtutis exercitatione voluptatem.

Concionatores nuperi.

Idem loquitur de exemplo Sanctorum.

Matthias Faber *in fer.* 3. *Pentecoſtes Conc.* 2.

Idem *Conc.* 5. *in Domin.* 4. *poſt Pentec.* ubi probat, hominem mundo implicitum acquirere poffe fanctitatem.

P. Bourdalove in Adventu fecundo fermonem habet de fanctitate.

P. Girout, fermone pro feria 3. poft primam Quadragefimæ Dominicam.

P. Texier in Dominicali fermone pro tertia poft Epiphaniam Dominica.

Idem in Quadragefima fermone pro feria fexta hebdomadæ primæ, ubi agit de obligationibus, quas per baptifmum contraximus.

Lambert in homilia de Trinitate.

Saraz in tomo 2. Advertus fermone 31. de JESU CHRISTO operum fuorum confummatore.

Dictionarium morale, fermone primo de officiis Chriftiani, & fpiritu Chriftianifmi.

Specimen fermonum pro prima poft Epiphaniam Dominica argumento 2.

Auctor fermonum in omnia Ethicæ chriftianæ argumenta particularium fermone 3. ubi agit de perfectione chriftiana, oftendit femper in virtute, & fanctitate crefcendum.

Qui collectanea ediderunt.

Granatenfis in locis communibus *Titulo* Perfecti, & *Titulo* Sancti.

Bufæus in Viridario, *Titulo* chriftiana Perfectio.

Lohner. *Titulo*. Perfectio chriftiana.

Labatha. *Titulo*. Perfectio.

Berchorius. *Titulo*. Sanctus, & fanctitas.

PARAGRAPHS III.

Loci, exempla, & applicationes Scripturarum huic argumento.

Ambula coram me, & eſto perfectus. Geneſ. 17.

Perfectus eris, & abſque macula coram Domino Deo tuo. Deuteron. 18.

Sanctii eſtote, quia ego ſanctus ſum, Dominus Deus veſter. Levitic. 19.

Eriteis mihi ſanctii, quia ſanctus ſum ego Dominus, & ſeparavi vos a cæteris populis, ut eſſetis mei. Levitic. 20.

Mirabilis Deus in ſanctis ſuis. Pſalm. 67.

Ibunt de virtute in virtutem. Pſalm. 83.

Beatus vir, cujus eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit. Pſalm. 83.

Juſtorum ſemita, quaſi lux ſplendens, procedit & creſcit uſque ad perfectam diem. Proverb. 4.

Semita juſtorum declinat mala, cuſtos animæ ſuæ ſervat viam ſuam. Proverb. 16.

Facile videtur (nempe ſapientia & ſanctitas) *ab his qui diligunt eam, & invenitur ab his qui quærunt illam.* Sapient. 6.

Qui de luce vigilaverit ad illam, non laborabit: aſſidentem enim illam foribus ſuis inveniet. Ibidem.

Si quæſieris eam (ſapientiam) *quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis illam, tunc intelliges timorem Domini, & ſcientiam Dei invenies.* Proverb. 2.

Homo ſanctius in ſapientia manet ſicut ſol; nam ſtultus ſicut luna mutatur. Eccli. 27.

Pro juſtitia agonizare pro anima tua, & uſque ad mortem certa pro juſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Eccli. 4.

Timete Dominum, & ſervite ei corde perfecto. Joſue 24.

Eſtote vos perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Matth. 5.

Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam. Ibid.

Jeſus proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines. Luc. 2.

Sine modo: ſic enim decet nos implere omnem juſtitiam. Matth. 3.

Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant. Joann. 6.

Æmulamini chariſmata meliora; & adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro. 1. ad Corinth. 12.

Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujuſmodi, ſed ut ſit ſancta & immaculata. Ad Epheſ. 5.

Currebatis bene, quis vos impedivit? Ad Galat. 5.

Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra. 1. ad Theſſalon. 4.

Hoc oro ut charitas veſtra magis ac magis abundet in ſcientia. Ad Philipp. 1.

Ego me non arbitror comprehendiſſe; unum autem, quæ quidem retro ſunt obliviſcens, ad ea vero, quæ ſunt priora, extendens meipſum, ad deſtinatum perſequor, ad bravium ſuperna vocationis Dei. Ad Philippenſ. 3.

Non quod jam acceperim, aut jam perfectus ſim; ſequor autem, ſi quomodo comprehendam. Ibidem.

Quæcumque ſunt vera, quæcumque pudica, quæcumque juſta, quæcumque ſancta, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate: Ad Philipp. 4.

Ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Jeſu. Ad Coloſſ. 1.

Omnis ſcriptura divinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum, ad erudiendum in juſtitia, ut perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus. 2. ad Timoth. 3.

Quis eſt qui vobis nocet, ſi boni (id eſt virtutis) *æmulatores fueritis?* 1. Pet. 3.

Qui ſervat verbum ejus, vere in hoc charitas Dei perfecta eſt. 1. Joann. 2.

Qui juſtus eſt, juſtificetur adhuc: & ſanctus ſanctificetur adhuc. Apocal. 22.

Ego ſitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. Apocal. 21.

Vocavit nos (Deus) *vocatione ſua ſancta, ut eſſemus ſancti.* 2. ad Timoth. 1.

Sancti eriteis, quoniam ego ſanctus ſum. 1. Petri 1.

Exempla ex veteri, novoque teſtamento deſumpta.

Inter veteris teſtamenti ſanctos Abel præferendus eſt, utpote qui primus omnium eſt, & ab eodem JESU CHRISTO juſtus vocatus. Eum elegit Deus, ut eſſet primus in exiguo Sanctorum numero, per quem oſtendere voluit iis omnibus, qui ſæculorum decurſu erant naſcituri, inobedientiam Adæ nequaquam prohibituram, quominus ipſe propitios oculos in homines corde converteret. Effudit igitur Deus in Abel hanc juſtitiam, quam metipſe laudavit, & quæ ex tunc illum in oculis Dei acceptum effecit. Sanctus hic adoleſcens cum dolore vidit funeſtum illum ſtatum, in quem parentes ſui ceciderant culpa ſua, & eorum infidelitas ipſum impulit, ut arctius adhæreret Deo fideli charitate, quam nulla res potuit umquam labefactare. Quidquid de ipſo narratur, hoc eſt, ipſum Deo ſacrificia obtuliſſe, eique eum præſtitiſſe cultum, qui uni illi debetur, & qui alteri cuipiam deferri non poteſt. Sed animadvertunt Sancti Patres, illum in ſe congregaſſe merita, & coronas virginitatis, ſacerdotii, & martyrii, atque ex tunc incœpiſſe oſtendere juſtis, qui ipſum erant ſecuturi, illis ſemper fratrum ſuorum perſecutionem eſſe perferendam. Exemplum innocentis Abel.

Ex omnibus juſtis, qui præceſſerunt diluvium, nemo in Scripturis celebrior eſt Henoch: quem S. Auguſtinus ait poſt Abel *inſignifſimum* fuiſſe eorum, qui ante Noe vixerunt. Sed tota virtus illius nobis unica voce indigitatur, cum teſtatur Scriptura, ipſum coram Deo ambulaſſe: *Ambulavit coram Deo.* Hæc una locutio nobis oſtendit, quanam in re Sanctum hunc virum imitari deberemus ad Sanctitatem perfecte acquirendam; quoniam ambulare coram Deo proprie eſt in terris vivere, quemadmodum ibi vixit J. C., ſingulis momentis divinam conſulere voluntatem, ſicuti JESUS CHRISTUS patris ſuis voluntatem conſuluit, ut noſmet illi in minimis etiam actionibus conformemus. Mirum igi- Exemplum Henoch.

tur esse non debet, si ad celebrandam sancti hujus viri virtutem, hoc illi perhibet testimonium Scriptura Eccli. 44. quod videlicet placuerit Deo: *Placuit Deo*. Hinc discendum est, nos neque Sanctos esse, neque Deo placere posse, nisi quatenus adnisi fuerimus omnia ad imitationem Henoch ita facere, ut illi placeant. Deus in hujus gratiam rem præstiterit singularem uni tantum post ipsum concessam, Eliæ scilicet; illum enim repente ex hominibus transtulit, ne mundo, qui jam corrumpi incipiebat, corrumperetur.

Sanctitas Patriarchæ Noe. Deus, qui semper bonus est, quemadmodum semper est justus, noluit in generali mundi totius excidio hominem perdere, qui semper in innocentia, & sanctæ vitæ integritate permanserat inter mortalium corruptionem. Noe, inquit Scriptura, invenit gratiam in oculis ejus. Quemadmodum particeps non fuit criminum, quibus ævo suo homines passim fœdati erant, ita noluit Deus eum malorum esse participem; & quemadmodum pietas illius satis habuit virium, ut prohiberet, ne prava sequeretur exempla, quæ ubique intuebatur, Deus quoque satis habuit potentiæ, ut prohiberet, ne cum illis interiret, quos imitari noluerat. Factus est ergo, ut Scriptura inquit, Mundi reconciliator: Deum quippe maxime ad iram concitatum coegit, ut adhuc suarum recordaretur misericordiarum. Denique voluit Deus, unum Noe cum familia sua, quam tanto eripiebat naufragio, visibilem esse figuram unici Salvatoris hominum; quod deinde felicius in animabus perfecit, quod tunc in mundo palam fecit Noe, ipse unus salvans terram a peccatorum diluvio, quæ tantus iniquorum hominum numerus committit. Cæterum Sanctus Patriarcha post diluvium neqoaquam degeneravit a sanctitate, quæ illum commendaverat, antequam Deus universali cataclysmo terram universam obrueret. Hoc in justitia ipsius maxime enituit, & sanctitatem ejus maxime admirabilem effecit, quod solus erat in mundo justus, & non secutus est pietatis exempla, quæ illi ab aliis tradi potuissent, sed se ipsum aliis imitandum exemplar proposuisset.

Sanctitas Patriarchæ Abraham. In Scripturis post Noe neminem videmus, cujus sanctitas præ aliis celebretur: quod tamen, ut S. Augustinus de Catechiz. rudibus c. 19. animadvertit, non inde factum est, quod illis ignorantiæ, tenebrarumque temporibus non reservaret semper Deus fideles animas, quæ ipsi adhærerent, & quæ in cordis simplicitate illum conquirerent. Ex harum occultarum personarum numero, S. Augustinus ait, eduxit Deus Abraham, ut illum constitueret Patrem totius populi sui, qui solus in universo mundo profiteretur se colere verum Deum, & Deus ostendere cœpit in terris ea consilia, quæ eminus super homines meditabatur, elegitque Abraham, ex quo ipse aliquando proditurus erat homo factus, per quem omnia nobis erat concessurus. Difficile est ad unguem describere magni hujus Patriarchæ sanctitatem; etenim, ut S. Ambrosius inquit, omnes superavit ideas, quas antiquitatis sapientes de summis hominibus conceperunt; & ipsa testatur Scriptura illi neminem parem inventum fuisse: *Non est inventus similis illi*. Quo magis oblectatus est sese sub Dei manu submittens, eo magis oblectatus Deus illum attollens. Vixit tamquam alienigena super terram, quia civis erat Cœli; & quo magis a terræ bonis animum amovebat, eo magis illum Deus opibus cumulavit. Dum viveret, omnia expertus est tentationum genera, per omnes tribulationes, & afflictiones traductus; sed ubique Deo fidelis extitit, & Spiritus sanctus hoc illi perhibet testimonium, quod numquam a divina lege recesserit: *Conservavit legem Excelsi, & in tentatione inventus est fidelis*. Sin autem scire cupis, qua via ad tantam pervenerit perfectionem, per illam sane, quam Deus illi indigitavit, ut videlicet semper coram ipso ambularet. *Ambula coram me, & esto perfectus*. Gen. 17.

Exemplum S. Patriarchæ Joseph. In Patriarcha Joseph admiramur sanctum, quem attollere, ac magnum, & potentem in mundo facere oblectatus est Deus; numquam fortasse Divina Providentia magis palam enituit, quam in magno hoc viro; quis enim non mirabitur videns hominem, quem tetra calumnia in obscurum carcerem conjecit, iere usque ad solium evehi, atque in eminenti hoc gradu eam præseferre sapientiam, quæ nihil habet de cœcitate, vel de superbia vanæ hominum sapientiæ, sed quæ semper subjecta Deo, quem tamquam principium suum colit, videt omnia deinceps subjici sibi? Quin verba faciam de sancti hujus Patriarchæ virtutibus, de vitæ innocentia, de crudeli persecutione, quam in illum fratres sui excitarunt, de venia, & generosa oblivione injuriæ, qua fuerat affectus, de prudentia, & charitate; dicere mihi sufficit, si eæ considerentur vitæ ipsius circumstantiæ, quæ aliquam habent cum vita Salvatoris mundi similitudinem, exploratum, compertumque fore, ipsum hujus præstantissimam fuisse figuram, ejusque sanctitatem parem fuisse eximio conceptui, quem de illo habuerat Omnipotens.

Alia plura sanctitatis exempla, quæ longum esset referre. Non fert animus, longam istic texere eorum nomenclaturam, quorum sanctitas in lege veteri enituit; ad id enim ingentia volumina requirerentur. Itaque nihil dicimus de pietate Isaac, de laboribus Jacob, de patientia Job, de Moyse, Josue, antiquis Prophetis, & aliquibus ex regibus Juda, quos ipsa celebrat Biblia. Voluit Deus, & in lege naturæ, & in lege scripta Sanctos inveniri, ut ostenderet, multo faciliorem esse sanctitatem in lege gratiæ, ubi plura nobis adsunt subsidia, ac plura acquirendæ sanctitatis adminicula.

Salvator vindebatur crescere sapientia, & gratia prout crescebat ætate. Minus adhuc in animo est, omnia afferre sanctitatis exempla, de quibus in novo testamento sermo est, sed ea solum attingere, ex quibus aliquod percipi valeat documentum, ut in salutis via progrediamur, & crescamus in perfectione.

Primum quod nobis occurrat, est Salvatoris exemplum, qui antequam præceptum irrogaret imitandi perfectionem patris nostri, qui in Cælis est, voluit sese nobis visibilem in terris præbere, & cum hominibus conversari, ut illis vivens esset exemplum, in quod oculos conjicere possent. Sed quamvis in persona illius videatur sanctitas sese visibilem præbuisse, ipsumque omnes urbes, ac populos peragrare debuisse, ut omnes illum videri, imitarique possent; latuit tamen, atque triginta annos in caligine vitam traduxit; & ex puerili ætate hoc unum nobis testatum reliquit evangelium, eum videlicet prout ætate procedebat, ita & sapientia, & gratia coram Deo, & hominibus processisse: hoc est, licet omnes sapientiæ thesauros possideret, & sanctus esset sanctitate increata, & infinita, ipsum tamen apertiora ejusdem indicia præbuisse prout ætas crescebat; & uti loquitur Propheta, gigantis instar in perfectionis via cucurrisse. Ita S. Joannes ait, illi, qui manere vult cum JESU CHRISTO, ambulandum esse in eadem via, & gradu eodem, quo ille ambulavit. *Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulavit, & ipse ambulare*. 1. Joan. 2.

S. Joannes Baptista semper in sanctitate, & perfectione crevit. Hoc ipsum præter propter dicere possumus de magno S. Joanne Baptista, qui licet in matris utero sanctificatus fuisset, crevit, & ita in perfectione, & sanctitate processit, ut pro Messia potuisset haberi, nisi humilitas, quæ potissima illius erat virtus, non secus ac præ cæteris Salvatori erat curæ, obstitisset. Itaque ut fungeretur officio Præcursoris illius, qui venerat, ut mundum sanctificaret, evehendus erat ad eminentem perfectionis gradum, ut illius opinionis, atque existimationis, quam per illum adipiceretur, auxilio tutissimum, certissimumque perhibere posset testimonium illi, quem jam pridem prædicabantur, & quem ob oculos habebant, quin possent cognoscere. Illius baptismus non conferebat quidem gratiam, qua sancti efficimur, sed ad illam disponebat, & ipse etiam Joannes præparabat discipulos divino huic institutori, a quo perfecti, & sancti efficerentur. Denique ut annunciaret, & cognoscendum traderet illum, qui erat sanctitas eadem, similis illi esse debebat. Quamobrem Salvator vicissim hoc perhibuit testimonium, quod inter filios hominum nemo hoc major extitisset, nemo videlicet Joanne Baptista sanctior, atque perfectior.

Mirabilis B. Virginis in gratia, & sanctitate progressus. Non deesset dicendi copia illi, qui integrum edere vellet sermonem de jugi progressu in gratia, & sanctitate, qua gloriosa Dei mater ab ipso nativitatis exordio ad extremum usque vitæ spatium crevit, quin aliqua in cursu mora, interruptio, vel intervallum contingeret: unde Sancti Doctores nobis judicandum relinquunt, quantus ejusdem fuerit subexitum vitæ profectus; quia duæ horæ vitæ illius numquam fuere conformes, cum subsequens semper sanctiorem, perfectiorem, Deoque chariorem efficeret præcedente, quamobrem Ecclesia hæc illi applicat verba: *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, &c.*

Verbum, & exemplum S. Pauli de progressu in perfectione faciendo. Sancti Pauli exemplum, & adhortatio, quam habet ad Philippenses, novum est, ac manifestum argumentum, Christiano subsistendum non esse in via perfectionis, & sanctitatis. Ecce quomodo se ipsum præbeat in exemplum. Non credo, inquit ille, ad metam, ter-

terminumque mihi indigitatum pervenisse; sed ut illuc perveniam, hac utor industria, quæ me solicitum tenet; quo magis progredior, mihimet ipsi persuadeo esse me similem Athletæ in stadio magni cujusdam pretii coronam referre conanti. Etenim quemadmodum cursores isti indesinenter metam, quo sunt perventuri, respiciunt, quin caput convertant respecturi viam, quam absolverunt, & omnem conatum exerunt, ut illuc assequantur; ita obliviscor eorum omnium, quæ antea a me facta fuerunt, nullamque eorum habendam rationem esse censeo, ne sen bene, seu male gesserim, mihi vel ambitio, vel desperatio suboriatur. In futurum igitur totus sum cogitans semper viam, quæ mihi relitat absolvenda, ut Jesu Christi de me adimplesam consilia, qui me ad fidem vocavit; & ut coronam, quam mihi præparavit, promerear.

Applicationes quorumdam Scripturæ locorum huic argumento.

Deus nos ad sanctitatem vocans vires subiret, quibus ad eam Perveniamur. *Estote vos perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est*. Matth. 5. Et, *Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum*. S. Petri 1. Temeritas non est velle ad sanctitatem Dei accedere, licet non aliud simus, quam infirmitas, ignorantia, miseria, & prava tantummodo studia habeamus. Iterum dico, temeritas non est: eadem quippe Dei vox, quæ nos ad illius fidem vocavit, vocat etiam ad sanctitatem. Temeritas potius est voci illius audientes non esse, hanc prætexendo causam, quod miseri sumus, & quod inter ipsius, nostramque naturam infinitum intercedit intervallum. Eamus, pareamus, quin ullam infirmitatis nostræ rationem habeamus, & quin spectemus terminum, in quo sumus, anhelemus ad illum, ad quem ille de solii sui altitudine vocat tot iere vocibus, quot sunt verba in Scripturis. *Vocavit nos vocatione sua sancta, ut essemus sancti*. 2. ad Timot. 1. Ita cum simus certi, vocem, qua accersimur, & qua universum ex nihilo potuit educi, satis esse potentem, ut nos deducat, quo vocat, quis non sentiet se ipsum super mortalia sublatum, quis non illa contemnet? Quis non sentiet se novo animatum spiritu, ut omnes superet difficultates, cum certo sciat, Omnipotentem, a quo unico verbo eductus e nihilo fuit, vocare ipsum alio verbo æque potenti, & amabili ad statum adeo sublimem, qualis est naturæ, & sanctitatis ejus fieri participem? *Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum*. 1. Petri 1. Quid ergo prohibebit, ne sancti simus, quandoquidem Deus omnipotens nos deducere, immo attollere vult ad sublimiorem gradum sanctitatis? Ne adversemur magnis, quæ de nobis bonitas ejus concepit, consiliis; ne naturalem infirmitatem nostram causemur; Deus, qui melius, quam nos illam cognoscit, non cessat nos ad sanctitatem vocare, quoniam illius omnipotentia infirmitati nostræ vires adjiciet. Ne prætexamus ignorantiam; Deus, qui intuetur illam, sapientiæ suæ luminibus tenebras nostras discutiet. Denique ne despondeamus animum, eo quod in nobismet ipsis sentiamus oppositiones iis, quæ a nobis petit Deus, quas insuperabiles esse opinamur; Deus, qui novit illas, & qui in natura, ingenio, studiisque nostris videt affectiones sublimibus consiliis suis oppositas, eas corrigere noverit divitibus infinitæ gratiæ profusionibus. Respiciamus dumtaxat exemplar, quod nobis propositum est, divinæ sanctitatis. *Inspice, & fac secundum exemplum, quod tibi propositum est*, Exod. 25.

Cum Deus per baptismum nos a Paganis distinxerit, debemus per sanctitatem a malis peccatoribus separari. *Eritis mihi Sancti, quia sanctus sum, ego Dominus, & separavi vos a cæteris populis, ut essetis sancti mei*. Levit. 20. Deus Judæis præcipiens circumcisionem, ait illis, hanc notam esse, per quam illos ab aliis nationibus distinguere volebat, eosque suo cultui addicere. Quænam obligationes, ut sanctitatem quæramus, & vitam culpa vacuam ducamus! Dei sumus; & Dei esse non possumus, nisi sancti simus. Deus nostrum est exemplar, & exemplar sanctitatis, cui nosmet conformare debemus. Sed obligationes istæ longe majores adhuc sunt in nova lege, ubi recipimus, non jam ut Judæi exteriorem notam ad aliquod dumtaxat tempus duraturam, sed notam interiorem, æternamque, & characterem, quem indefinenter, & pro felicitate, & pro æterna infelicitate geremus. Sed illud observandum est, quemadmodum hoc charactere, & hac nota distinxit nos Deus, & ab infidelibus, idolorumque cultoribus nos separavit, & electione prorsus singulari nos fecit ex omnibus nationibus populum acceptum sibi, ita nos & moribus, & tota vitæ ratione nosmet separare debere a peccatoribus, & iis, qui nomine tenus Christiani sunt, idque per morum sanctitatem, & vitam vere Christianam, quæ in spiritu, & veritate Deo serviat.

Magnis passibus, ad perfectionem esse contendendum. *Pertransit benefaciendo*. Act. 10. Scriptura volens in vitæ JESU CHRISTI idea præbere nobis christianæ vitæ ideam, ait, ipsum pertransiisse omnibus benefaciendo, atque relinquendo in transitu suo, non secus ac Sol, jugem benedictionum influxum: *Pertransit benefaciendo*. Sed notandum, quod S. Bernardus addit: *Non pigre, non remisse, non lento gradu*; sed magnis passibus, & gigantis incessu, ut loquitur regius Propheta, ad stadii exitum properando, iis actionibus, quæ & infinitæ essent numero, & infinitum haberent meritum. Magnum documentum, quod nobis persuadet, non satis esse ire ad Deum recto, assiduoque motu, videlicet virtutum, bonorumque operum praxi; sed motu celeri, itaut indesinenter progrediamur, & in dies sanctiores efficiamur. Non satis est facere bonum, sed adnitendum, ut maximum bonum faciamus.

Perfectio, & sanctitas optanda est, illam acquirere cupimus. *Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis*. Apocal. 21. Deus majori flagrat desiderio sese nobis communicandi, nobisque gratias largiendi, quam nos eas recipiendi; expectat solum, has a nobis optari, easque nos esurire, & sitire, ut inquit Scriptura. Ita inquit ille apud Joannem cap. 7. *Si quis sitit, veniat ad me*. Vult nos ardenti virtutis, & perfectionis flagrare cupiditate, ut ubi concesserit, quidquid optaverimus, id æstimemus, & tamquam pretiosum aliquid servemus; vulgo enim, quod parum concupitum fuit, ubi obtentum fuerit, flocci æstimatur. Quamobrem non postrema inter causas modici progressus, quem in virtute, & perfectione facimus, hæc est, quod illam non satis ardenter optamus. Optamus illam quidem, sed frigide, & ignave, ita ut desideria, quæ de eadem fovemus, potius sint abortus, quam conceptus.

Deus hominum sanctificationem respicit tamquam rem suam. *In his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse*, Luc. 2. Quod Patris sui negotium JESUS CHRISTUS appellat, est illius exteriorem procurare gloriam per hominum sanctificationem. Magnum profecto negotium! Tantus enim Deus nulla habere potest parva negotia: maximi momenti negotium! Quandoquidem Pater Æternus illi suum filium præfecit. In hujusmodi negotiis opera nostra uti vult Deus; nam, quemadmodum S. Paulus 1. ad Corinth. 1. ait, nos vocavit in societatem filii sui: *Vocati estis in societatem filii ejus*; & vult nos in nostra, & in proximi sanctificatione illius esse coadjutores, gratiæ illius cooperantes. Oportet igitur nos hujusmodi vacare negotiis, nostræquidem sanctificationi cooperantes christianarum virtutum exercitatione, alienæ vero, saltem minus verbo, saltem exemplo.

Modus, quo perfectio optanda, & quærenda est. *Si quæritis, quærite*. Isaiæ 21. Putat S. Bernardus Isaiam Prophetam per hæc verba æque sensu referta, ac brevia innuere voluisse impensam curam, & ardens desiderium, quod nobis habendum est inquirendæ, & inveniendæ virtutis, & sanctitatis; nulla enim res alia in hac vita curas, & conquisitiones nostras meretur, nisi quatenus aliquid conferre potest, ut sanctiores, perfectioresque fiamus. Si ergo sublimem hanc quæritis perfectionem, eam bene quærite; hoc est non fatigemini eam quærentes: quippe vera desideria perseverantiam perquirunt, ardentia esse debent, efficacia, ac talia, ut secundum Michææ Prophetæ cap. 6. verba jugiter intenti simus, ut Deo semper magis, magisque placeamus: *Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat a te: utique facere judicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo*.

Quæ retro sunt obliviscens, ad ea vero, quæ sunt priora, extendens meipsum, ad destinatum prosequor, &c. ad Philipp. 3. Apostolus vult nos eorum, quæ jam bene facta a nobis fuerunt, oblivisci, & ea tamquam non facta habere, sed quæ facienda supersunt, dumtaxat prospicere. Regula hæc nonne justa, & rationabilis est? Tandem enim si id spectamus, quod fecimus, certissime aliquid remittemus, & vanitate nobis auferente animum progrediendi, vel in principio, vel in medio stadio immorabimur, quin procedamus, & illud perficiamus. Quod si semper ante nos prospexerimus, videbimus nos adhuc distare procul a termino; cumque via, quæ restat, longa sit, nobis festinandum erit, neque ulla temporis jactura facienda, ne dies abeat, & ingruens nox ulterius operari prohibeat.

Ut sancti simus, esse debemus separati a mundo. *Qui me segregavit ex utero*. Ad Galat. 1. Christiani ad Christianismum, ut Apostoli ad Apostolarum

larum vocantur per separationem a mundo, quæ eorum efficit sanctitatem, eisque a peccatoribus, impiisque, distinguit. Quamobrem JESUS CHRISTUS dixit: *Veni separare hominem adversus patrem suum, & filium adversus matrem suam*; fieri enim non potest, quod JESUM CHRISTUM in arcta evangelii sequamur via, & sancti simus, ut ille sanctus est, quin a peccatorum turba in latam iniquitatis viam abeuntium separemur; & sicuti J. C. qui nostrum caput est, separatus fuit a peccatoribus dicente S. Paulo ad Hebr. 7. *Segregatus a peccatoribus*, ita filii ipsius nonnisi ex nota hac possumus haberi.

In quo propriæ vitæ perfectio consistat.

Juste, quod justum est, persequeris. Deuter. 16. Perfectum esse, quantum in hac vita fieri potest, est perfecte omnes actiones suas facere iis cum dispositionibus, quas ipsæ requirunt, & infirmitatis defectus perfecte reparare. Ita animas ad perfectionem attollere est inspirare illis desiderium perfecte faciendi, quod faciunt; docere; quomodo, & quo spiritu faciendum sit, & quomodo per pœnitentiam, sinceramque humiliationem errata sint reparanda. Hæc est vitæ hujus perfectio.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, & sententiæ sanctorum Patrum hujus argumenti.

Perfectus servus Christi nihil præter Christum habet; aut si quid præter Christum habet, perfectus non est. August. de perfect. justit.

Perfectus est qui ad perfectionem irreprehensibiliter currit, carens criminibus damnabilibus, atque ipsa etiam peccata venialia non negligens mundare eleemosynis. Idem, ibidem.

Nullus sanctus & justus caret peccato, nec tamen ex hoc desinit esse justus vel sanctus, cum affectu teneat sanctitatem. Idem de Eccles. Dogmat.

Multum in hac vita ille profecit, qui quam sit longe a perfectione justitiæ, proficiendo cognovit. Idem, de spiritu & littera.

Quanto est quisque sanctior, & desiderii sancti plenior, tanto est ejus in mundo fletus uberior. Idem, de Doctrin. Christ.

Tamdiu non relabimur retro, quamdiu ad priora contendimus; at ut caperimus stare, descendimus, nostrumque non progredi est. Idem, Epist. 143. ad Demetr.

Numquid mox ut nascitur charitas, jam perfecta est? Ut perficiatur nascitur, cum fuerit nata nutritur, cum fuerit nutrita roboratur, cum fuerit roborata perficitur. Idem, in Epist. Joannis.

Hæc est hominis vera sapientia, imperfectum se nosse; atque ut ita loquar, cunctorum in carne justorum imperfecta perfecto est. Hieronym. l. 1. adverf. Pelag.

Felix est ille, qui quotidie perficit, qui non considerat quid heri fecerit, sed quid hodie faciat, ut proficiat. Idem, in Psalm. 83.

Ab omni nequitia mundum esse necesse est & dolo, qui cupit regnare cum Christo. Idem, Epist. ad Nepot.

Si vis habere partem cum Christo; tibi Christi exemplo vivendum est. Idem, in quadam Epist.

Non nobis sufficit velle justitiam, nisi justitia pariamur famem. Idem, in hæc verba, Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam.

Tota vita boni Christiani sanctum est desiderium proficiendi. August. tract. 4. in Epist. 1. Joannis.

Cognoscamus Sanctos non naturæ præstantioris fuisse, sed observantiæ majoris, nec vitia nescisse, sed emendasse. Ambrosius, in lib. de Joseph.

Magna est perfectio suæ imperfectionis cognitio. Gregor. in Moral.

Christus, sicut in illo ipso homine, quem gessit, etiam in nostris membris quosdam gradus corporeæ ætatis exequitur. Nascitur, crescit, roboratur, senescit; sed erandus, ne in nobis diu & jugiter parvulus, & infirmus sit. S. Paulin. in Epist. 3. ad Sever.

Scimus ut Christus quoniam Christus quoque sicut nos: efficiamur Dii propter ipsum, quoniam ipse quoque propter nos homo factus est. Gregor. Nazianz. orat. 40. in Pasch.

Desinens proficiendi appetitus non aberit e periculo recedendi. Cassian. Collat. 6. Abbat. Theod.

Quicumque Sanctus quotidie in propria extenditur, & præteritorum obliviscitur. Basilius, Epist. ad Chitan.

Nemo perfectus est, qui perfectior esse non apperit, & eo perfectiorem quisque se probat, quo ad majorem tendit perfectionem. Bernard. in Epist.

Indefessum proficiendi studium, & jugis conatus ad perfectionem perfectio reputatur. Idem, Epist. 123.

Erubescat anima conversa ad Dominum, minori affectu sectari justitiam, quam iniquitatem antea sectaretur. Idem, Epist. 341.

Nemo repente fit summus, & ascendendo, non volando apprehenditur summitas scalæ. Idem. Serm. de Sancto Andrea.

Nullum omnino præsentia ejus (nempe Dei) *verius testimonium, quam desiderium gratiæ amplioris*. Idem, ibid.

Numquam justus arbitratur se comprehendisse, numquam dicit satis est, sed semper esuriit, sitiitque justitiam. Idem, Epist. 253. ad Aubat. Carin.

Magna confusio, magna valde; ardentius (peccatores) *perniciosa desiderant, quam nos utilia: citius illi ad mortem properant, quam nos ad vitam*. Idem, Serm. 1. de latit. cordis.

Verus amor gradu uno contentus non est, ad altiora semper nititur, & ad perfectiora indefinenter concupiscit attingere; quas habet non magni facit virtutes, proficiendi accensus desiderio. S. Laurent. Justinian. de de casto connub. cap. 2.

Anima crescit, dum quotidiana propugnatione se ad perfectionem promovet. Basilius, Homil. 3. in Hexam.

Semper tibi displiceat quod es, si vis pervenire ad id quod non es. Nam ubi tibi placuisti, ibi remansisti; si tamen dixeris sufficit, periisti. Augustin. Serm. 15. de verbis Apostol.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia penu hoc in argumento valeat depromi.

QUamvis per Baptismum novæ creaturæ fiamus, Adam noriatur in nobis, ibique oriatur JESUS CHRISTUS, attamen informia adhuc opera sumus a gratia, & labore nostro perfectionem expectantia. Nos, inquit S. Jacobus Apostolus, non aliud sumus, quam novæ creaturæ principium. Christianæ vitæ principia sunt in animabus nostris, habeamus virtutum omnium semina; at nisi diligenter coluerimus illa, pravorum nostrorum studiorum spinis suffocantur. Regeneratio nostra in baptismo incœpta dumtaxat est, in omne vitæ spatium est producenda, & livet peccatum per hoc Sacramentum deletum sit, & quidquid ab Adam recepimus, nequeat nobis cœli aditum claudere; sexcenta nihilominus sunt, quæ prohibent, ne charitas in animabus nostris stabiliatur, eaque totidem sunt ostacula sanctitati religionis christianæ, quam sumus amplexi: ideoque nobis adlaborandum est, ut eradicemus illam, & nisi jugiter in magnarum virtutum exercitatione fuerimus, numquam perveniemus ad perfectionem, quæ nobis est acquirenda.

Tenemur ad sanctitatem adniti, quæ nonnisi incœpta est per baptismum.

Cum per baptismi gratiam teneantur Christiani ad perfectionem contendere, immo ad eam perfectionem, quæ quantum fieri potest patris cœlestis perfectionem imitetur, ut Dei filius loquitur; inde sequitur, illis indefinenter incedendum esse in via salutis, & jugi bonorum operum motu eundum ad Deum. Constat quippe, nihil perfectum esse, nisi quatenus est in actione, & actionem eamdem, ac jugem actionem esse maximarum rerum perfectionem. Deus ipse, qui summa perfectio est, nihil est nisi actio intrinsecus, & extrinsecus; intrinsecus quidem per æternas emanationes; extrinsecus per assiduas operationes: *Pater meus usque modo operatur, & ego operor* Joann. 9.

Christiano semper credendum est, & in virtute progrediendum.

Quamquam sit verum, Dei sanctitatem mirum in modum in omnibus adorabilibus perfectionibus ipsius enitescere; tamen S. Thomas 1. part. quæst. 25. artic. 3. illius omnipotentiam considerat, tamquam infinitæ sanctitatis ipsius potissimam causam. *Ideo Deus peccare non potest, quia omnipotens est*. Dicit, Deum esse infinite sanctum, quia oppositus est peccato, quod est sanctitati contrarium, ita ut nequeat peccare. Ratio autem, propter quam peccare nequit, est, quia omnipotens est; quia peccare posse, est posse deficere in actione sua, & posse in sua actione deficere, potentia non est, sed impotentia. Impotentia autem simul esse non potest omnipotentia Dei; adeoque verum est dicere, Deum, cum sit omnipotens, nullam in se habere impotentiam, & nullam impotentiam habentem nulla in re deficere posse, cumque nulla in re deficere possit, peccare non posse, & cum non possit peccare, infinite alienum esse ab eo, quod oppositum est sanctitati, videlicet peccato. Verum ergo est, cum

Deus sanctus est, quia omnipotens.

Deus

Deus sit omnipotens, omnino necessarium esse, quod sanctus sit.

Notio, & definitio sanctitatis in hominibus.

Sanctitas sæpe justitiæ nomine nuncupatur; juste enim judicans de cujuscumque rei merito maximi facit supremum bonum, & res terrenas contemnit. Cum religione etiam nonnumquam confunditur, quoniam quoddam veluti continet sacrificium rerum creatarum omnium essentiæ divinæ, & immortali. Credit S. Thomas 2. 2. q. 81. art. 8. sanctitatis effectum juxta etymologiam græcam, atque latinam esse, nos in bono puros, atque inconcussos efficere; puros quidem separando animam ab iis omnibus, quæ suapte natura sunt corruptibilia; inconcussos vero, auferendo, ut ita dicam, objectis, quidquid affectus nostros ciere potest. Ut proprie loquamur, dicendum est, sanctitatem in essentia sua consideratam specialem esse virtutem, & eamdem cum religione; animam enim consecrat divino cultui, & ad id omnes illius actiones dirigit. Sed si consideretur, quatenus omnes aliarum virtutum actus refert ad Deum, tunc virtus est generalis. Hæc omnia a Div. Thoma eodem in loco docentur. Addendum est tamen sanctitatis nomen tribui rebus divino cultui dicatis; quamobrem templa, vasa, & homines aræ inserviendo devoti sancti sunt, & propter usum, & ministerium sanctificati.

Christianæ perfectionis definitio.

Aliquid perfectum est, cum absolute confecutum est finem, propter quem factum est, vel ad quem destinatum est, uti liquet ex generali inductione, quæ potest institui rerum omnium seu in moribus, seu in natura. Ita homo perfecte homo est, cum habet ea omnia, quæ necessaria sunt sive animæ, sive corpori, & qui ea est ætate, qua ratione bene uti potest. Et est perfecte Christianus, cum omnes habet virtutes, quas christiana postulat religio, ejusque omnia officia pro statu suo fideliter, & constanter adimplet. Hoc locum præbet christianam perfectionem cum sanctitate confundendi; cum enim Christiani finis sit servire Deo, eumque in hac vita colere, & in alia possidere, cumque in hoc etiam sanctitas essentialiter consistat, sanctus, simulque perfectus est, qui secundum statum suum perfecte Deo famulatur. Sed cum in hac perfectione detur plus, & minus, varlique gradus sanctitatis; vulgo sancti, perfectique dicuntur illi, qui non communem habent sanctitatem, & perfectionem, sed in eminenti gradu, ad quem Christianus contendere debet.

Perfectio, & sanctitas ardenter est optanda, si eo cupimus pervenire.

Ut aliquem in virtute, sanctitate, & perfectione progressum faciamus, omnino necessarium est id velle, & enixius optare: ita ut hoc desiderium vere ex animo proficiscatur, ac nos secum trahat, quin aliunde excitandi simus, præter quam Spiritus Sancti gratia, quæ nobis hoc ardens desiderium inspiret: etenim valde parum sperandum erit ab iis, qui hos sensus non habuerint. Ratio desumpta est ex iis, quæ docent Philosophi, rebus in omnibus, præsertim vero in actionibus moralibus, finem primam esse causam, qua ad agendum impellimur. Itaque quo magis hunc finem optamus, eo diligentiorem navamus operam, ut ad eum perveniamus.

Ut virtute præditi fiamus, & in perfectione progrediamur, satis non est bonas intentiones habere, bona fovere desideria, bona concipere consilia; operi manus est admovenda, ac serio adlaborandum. Asceticæ vitæ magistri animadvertunt, quamplures optima animo concipere consilia, sed numquam eo pervenire, ut sibi vim faciant, ac superent cupiditates suas, & prava studia, quæ magna sunt ad sanctitatem impedimenta; ita ut de illis dici queat, quod Apostolus de se ipso ad Rom. 7. *Velle adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio*. Hujusmodi consilia effectu carentia non sunt determinatæ voluntatis effecta, & proprie loquendo meræ sunt velleitates; denique vellemus, sed non volumus fortiter, quamobrem nullo nosmet agitamus motu, ut id exequamur, quod volumus, & in eodem statu permanemus.

De necessitate ad perfectionem & sanctitatem adspirandi.

Omnibus Christianis ad perfectionem esse contendendum, atque adlaborandum, ut se ipsos sanctificent, veritas est, quam nonnisi flagitiosi homines, & qui tranquillam, commodamque vitam ducere volunt, quin de salute sua sint solliciti, in dubium vocant; sed nemo Theologorum dubitat, quominus hoc verum præceptum sit, & non simplex tantum consilium. Rationes, non secus ac discrimen, quod religiosos inter, & sæculares intercedit, toties hoc in tractatu explicatæ, iteratæque sunt, ut illas istic adferendas esse non duxerim. Hæc nihilominus Theologica doctrina est, a S. Thoma 2. 2. q. 84. art. 5. ad 2. tradita, Religiosam vitam statum esse perfectionis, non quod qui religionem ingreditur, illico perfectus esse debeat; sed quod religiosi arctiorem habent necessitatem adspirandi ad perfectionem, & eum qui non conatur, ut perfectionem acquirat, & serio ad id operam non intendit, hunc vere religiosum non esse, quoniam id non adimplet, quod profitetur. Non quærimus hoc in loco, utrum religiosus, qui satis esse putaret ea servare, quæ ad Dei mandata, & essentialia vota sua pertinent, sed servare nollet alias regulas, quæ sub peccati pœna illum non obligant; utrum, inquam, hujusmodi religiosus peccaret mortaliter. Variant Doctorum sententiæ; aliis affirmantibus lethale non deesse crimen; aliis negantibus, nisi aliqua contemptus species adesset. Quod tamen, & in quo omnes consentiunt, est, religiosum, qui hos sensus foveret, & hanc aleret mentem, moraliter loquendo, versari in periculo in mortale crimen labendi.

Ad sanctitatem acquirendam conandum est semper novos progressus facimus.

Sancti omnes mirum in modum celebrarunt laudibus, omnibusque commendarunt etiam, atque etiam tamquam præstantissimam perfectionis, & sanctitatis acquirendæ viam, ipsius S. Pauli Apostoli exemplo comprobatam praxin hanc; videlicet, oblivisci eorum omnium, quæ a nobis bona facta sunt, ac indefinenter animo reputare ea, quæ facienda superfunt; & profecto ille vere felix est, qui quotidie proficit, nec cogitat, quid hesterna die fecerit, sed id tantum, quod sibi hodierna faciendum est. Profecto necessarium est, hoc sequi consilium; naturale quippe est oculos in ea conjicere, quæ magis placent, & amovere ab illis, quæ molestiam possunt afferre. Ita sicuti voluptate perfundimur nostrum intuiti progressum, & bonum, quod fecisse credimus, & e contra molestum est videre, quantum adhuc desit; ideoque potius ea contemplamur, quæ a nobis bene facta sunt, quam quæ adhuc facienda supersunt, ut perfectionem assequamur.

Quidquid afferri possit in laudem aureæ illius mediocritatis, quam tantopere jactitarunt philosophi, qui in ea virtutem constituunt; certum est, si hæc in mera morum disciplina virtus est, sæpe vitium esse in Christianismo, & qualitates, quæ fidelem constituunt, virtutes esse, quarum perfectio nonnisi in summo invenitur. Humilitas exempli gratia inferius sese demittere nequit, neque charitas altius ascendere; quippe altera quidem sese ad nihilum usque submittere oportet, altera vero sese attollere usque ad Deum. Pœnitentia ad summum pervenire debet dolorum, & contritionis; fides obedientiæ, zelus ardoris. Divini amoris mensura est, nullam habere mensuram, quia objectum ipsius infinitum est, neque ullis cancellis continetur.

Dei filius leges tulit omnibus hominum conditionibus sanctificandis idoneas.

Cum evangelium nequaquam avertat vitam urbanam, & societatem, quam homines simul conficiunt, sed illam sanctificet, & in omnibus partibus regat, JESUS CHRISTUS, qui hujus evangelii auctor est, leges edidit prorsus sanctas, & novas, ut sancta efficeret omnia munera, diversæque conditiones, societatem hanc constituentes, atque servantes. Quemadmodum debebat omnes homines ad perfectionem adducere, ita necesse erat, ut gratia ipsius, quam S. Petrus multiformem appellat, cuilibet vocationi propriam perfectionem communicaret. Hoc miraculum operatus est, & quotidie operatur supremus hic legislator.

Liquet, quo magis progredimur in via, quæ ducit ad terminum, sine errore, & ambagibus, eo citius, atque tutius ad terminum pervenire, in quem hæc definit via: hinc progressus, qui fit in via, argumentum est nos ad terminum perventuros, eo certius, quo ille major est. Progressus autem in virtute via recta est, & tuta ad perfectionem, & inde ad beatitudinem perducens; igitur quo magis in hac via progrediemur, eo certiores erimus nos æternam assecuturos felicitatem, qui noster terminus est.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex asceticis, recentioribusque Concionatoribus loci hujus argumenti.

ADeo naturalis omnibus hominibus ille sensus est, qui eos ad perfectionem adducit, ut omnes eorum labores non alium præter hunc terminum habeant. Similes belli labores suffert, si adit pericula, si vitam suam in apertum discrimen adducit, si tunc etiam se se ad pugnam exercet, cum nulli sibi hostes superandi sunt; id agit, ut ad eum virtutis, & scientiæ rei militaris gradum perveniat, qui heroas, populorumque domitores effecit. Si doctor dies, noctesque traducit insomnes in penetralibus suis volumina

In omnibus urbanæ vitæ statibus quilibet in professione sua vult esse perfectus in Christianismi professione virtus communis satis esse putatur.

mina evolvendo, nonne ad id perfectæ acquirendæ scientiæ desiderium illum impellit? Nullus pictor est qui aliquid intentatum relinquat, ut excellat in arte; nullus immo faber, qui æmulationis stimulis agi se minime sentiat, & qui aliis eamdem profitentibus artem cedere velit. Unus est homo Christianus, hic lucis filius, qui in cœptis suis magis ignavus, minusque prudens, quam filii tenebrarum, bonori, vel conscientiæ potius sibi non vertat pervenire ad perfectionem status sui, ad quam toto nisu contendere debet: bonorum, & gloriæ mundi cupidior, quam virtutis, & sanctitatis, quæ verum est hujus vitæ bonum, & quæ efficere potest, ut in altera æternam beatitudinem consequatur. Nulli rei parcit, ut fortunam suam provehat, cum interim illi persuasum sit falso, Christianismi perfectionem ad religiosos tantum, & JESU CHRISTI ministros pertinere, satis esse putat, si communes habeat virtutes, & aliquot perfunctoria religionis exercitia. *Ex Christianis sermonibus pro quarta Adventus Dominica.*

Quamvis homo in summa rerum omnium perturbatione oriatur, nihilque habeat nisi cæcitatem in mente, errorem in memoria, in voluntate nequitiam, in libertatis usu licentiam, in affectibus rebellionem, in sensibus omnibus sollicitationem ad crimina, ac in toto mundo objecta, quæ ipsum alliciunt in scelus; potest tamen ope gratiæ, quæ numquam defutura est, fieri magnus Sanctus, & ad eum perfectionis apicem pervenire, quem Deus expectat ab illo. Hoc est Dei consilium illum ad aliquem vitæ statum, quicumque tandem ille sit, evocantis; & hic proprius est effectus gratiæ vocationis, illum ad id impellere, eique ad id faciendum opem suppeditare: ita ut si Christianus non pervenit ad perfectionem propriam status illius, ubi eum Providentia constituit, causa est, quod ille minime vult; gratia enim, quam ad id illi præbet Deus, satis est potens. Cur autem non sit, quandoquidem effectus rationem habere debet cum causa? Fieri ne posset, mundi Salvator, ut gratia hæc, quam ipse passionibus tuis meritus fuisti, & quæ ex vulneribus tuis effluxit, vim non habeat originis suæ, videlicet nos Sanctos faciendi, quemadmodum tu ipse Sanctus es, & sanctitatis origo? Utique, hoc affirmo cum S. Augustino, gratia, quæ nos agit ad vi am sancte traducendam, tantam habet vim, & efficaciam, quantam, si illic esset sanguis JESU CHRISTI. Hæc nos urget, ut hoc munere perfungamur, ac nos docet, cum simus filii Dei, adlaborandum nobis esse, ut digni simus filii hujus Patris, nosmet perfectos efficiendo, sicut ille perfectus est. *Estote perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est.* Idem ex parte.

Christiani omnes propter susceptam baptismum ad sanctitatem contendere debent.

Christiani omnes ad sanctitatem, statusque sui perfectionem contendere debent. Et sane nonne mirum esset, si qui eumdem receperunt baptismum, quibus JESUS CHRISTUS eadem pollicitus est, & qui omnes eumdem Deum colunt, hi diversas haberent obligationes? Vobis ne, seculares, promissus fuit Paradisus alius ab eo, qui promissus fuit religiosis? Ullum ne intercessit discrimen inter vestrum, & eorum baptismum? Aliæne adhibitæ fuerunt cæremoniæ ad officiorum vestrorum discrimen inuendum?... Nonne divortium fecisti cum tribus hisce inimicis, cum dæmone, qui semper paratus est ad vos dolis suis decipiendos, cum mundo, qui præsto semper est ad vos illecebris suis fascinandos, cum concupiscentia, quæ vos incessanter trahit in malum? Nonne divortium hoc JESU CHRISTI sanguine signastis? Et hoc nonne est, se ad sanctitatem obligare? Et hæc omnia obire, nonne est sanctum esse, atque perfectum? *Idem.*

verum indicium quod in gratiæ statu simus, est ad perfectionem contendere.

Periculosa, ac perniciosa sæcularium opinio est, sibimet persuadere, se nulla re ad perfectionem consectandam teneri, & satis esse, si in gratiæ statu sint. Opinio hæc efficit, ut de eorum salute sollicitus totis artubus contremiscam, & ex duabus rebus alterutram veram esse affirmem, quod in hac permanentes sententia vel in gratiæ statu non esse, vel si sunt, non diu in eodem esse permansuros. Rationem suggerit S. Bernardus palam asserens, verissimum gratiæ residentis in corde indicium esse, inspirare desideria gratiæ novæ, novæque perfectionis; ejusque sententia innititur verbo Scripturæ dicentis, eum, qui gratiam gustaverit novum gratiæ desiderium novamque famem esse experturum: *Qui edunt me, adhuc esurient.* Eccli. 24. Gratia cum in anima est, abyssus est alias trahens abyssos; eam dilatat, atque novis gratiis recipiendis efficit parem. Unde Sanctus hic infert, satis esse putare, si nullum peccatum committas, quin ad perfectionem pervenire contendas, nota est, te vel non habere gratiam, vel gratiam in te non operari. *Idem.*

Quid facietis, o sæculares, qui dicitis, Christianismi perfectionem status vestri non esse, cum vobis violenta aliqua ingruet tentatio? Quid facietis cum voluntate vestra impotenti, infirma, profligata? *Declinabitis a via justitiæ*, S. Hieronymus inquit, peccabitis, ac peccatum vestrum sensim pravum habitum faciet; habitus migrabit in necessitatem; necessitas hæc vos ad mortem usque subsequetur, atque ad æternum deducet interitum. Non equidem affirmo, necesse esse, ut actu perfecti simus, itaut nullus nobis desit perfectionis gradus, & quod mere imperfectio vocatur, per se solum posse nos cœlesti gloria privare; sed affero, eos, qui non conantur majorem sanctitatem, & perfectionem in suo statu adipisci, sensim ruere in scelus, & quin in virtute crescant, amittere, quod fortasse fuerant adepti, ac tandem labi in abyssum criminum, quæ secum trahunt eorum reprobationem. Hinc S. Bernardus occasionem arripit exclamandi; ille, qui sanctus est, adnitatur, ut magis adhuc sanctificetur; qui sanctus est, novas acquirere virtutes contendat. Nemo confidat præsenti gratiæ, quam possidet, sed magis magisque sese sanctificare contendat. *Idem.*

Fallaces excusationes, quæ possunt afferri, te ad majorem perfectionem adnitere mur.

Mihi dicendum non est, sanctitatem statum esse nimis eminentem homini misero, qualis ego sum, neque mihi audendum, ut ad illam connitar. Certus sum, a Deo me ad illam vocari, eumque me ad eam adducere velle, quandoquidem ad id tanta præstitit; certus quoque sum, ipsum velle me ad illam conterdere, omnesque conatus exerere, ut eo perveniam. Quid enim esse vellem, nisi sanctus esse velim? Ergo velle deberem reprobum esse, nihil enim medium est inter duos hosce terminos, inter sanctum, & reprobum. Neque illud mihi dicendum, me nimis imbecillem esse, quam ut sanctus fieri velim; scio equidem, me ex me nil esse, præterquam miseriam, & fragilitatem; sed etiam scio, Redemptorem meum, qui nihil prætermisit, ut me sanctum faceret, infirmitatibus meis subjisse, ut me sua indueret fortitudine, ac me dicere posse, quod olim magnus Apostolus; omnia possum in eo, qui me confortat. Quid ergo mihi faciendum, ut sim vere sanctus, secundum voluntatem filii Dei me ad sanctitatem vocantis? Satis est, illum ipsum induam, quemadmodum idem Apostolus ad Rom. 3. docet. Nihil hoc facilius, dummodo bona mihi adsit voluntas. Si, ut sanctus fierem, ingentes mihi cumulandæ essent divitiæ, multi invenirentur obices, ac legitimi afferri possent prætextus; quilibet enim eas possidere contendit; sed sanctitas ex parte in hoc posita est, ut eas contemnamus, neque illis cor nostrum adjciamus. Similiter si, ut sanctitatem acquirerem, ad honores, & illustres dignitates essem evehendus, vel primi in Civitate gradus essent obtinendi, sanctitas tanto staret pretio, ut pauci ad eam pervenire possent, & plures hanc prætexere possent excusationem, si ob sanctitatem adipiscendam non adlaborarent. Sed obscuram, latentemque vitam ducere, humilitatem, latebrasque amare, quæ tutissima est ad sanctitatem via, hoc quisnam prohibere potest? Denique si ad virtutem, sanctitatemque acquirendam opus esset vitæ hujus voluptatibus frui, hoc multo graviori constaret labore. Ad id enim ingentes erogandi sumptus essent, & sæpe amaritudo sola ibi inveniretur, ubi voluptas, ac dulcedo sperarur. Sed voluptatis sensum abdicare, paratum esse perferendis crucibus, quæ ab humana conditione, statuque nostro separari vix possunt, austeram, ac pœnitentem vitam molli, & deliciis affluenti præferre, hoc omnes facere possunt; atque ita cum sit nemo, qui sanctus esse non possit, omnis, qui adfertur, prætextus inutilis est, & nulla excusatio in Dei judicio potest admitti. *P. D. Argentano collat. 23. de sanctitate Dei.*

Sanctos esse difficile non est, si velimus.

Quid? Num adeo operosum est, sese ad tria illa amanda redigere, quæ hominum Salvator tantopere amavit, & in quibus tota sanctitatis vitæ christianæ essentia consistit, paupertatem, contemptum, & cruces? Tris hæc sese nobis offerunt sæpe, ut sancti afficiamur; nos vero perhorrescimus illa tamquam mortales inimicos, cum e contra a nobis perquirenda essent, atque recipienda tamquam sanctitatis acquirendæ adjumenta, meritorum occasiones, ac thesauri, qui in æternitatem nos dites efficere possunt. Verum quidem est ipsam ad ea vehementer repugnare naturam, sed Salvatoris gratia, quæ suppetias adfert, nonne adhuc vehementior est? Hæc cum sit divini spiritus emanatio, atque participatio, in ani-

mam, a qua recipitur, infert eos sensus, qui efficiunt, ut amet id, quod ille amavit, ut divinam induat fortitudinem, & supernaturali virtute id amplectatur, quod illa naturali studio perhorresceret. Quot Sancti, qui erant homines, uti nos, conditionis ejusdem, ac nos, magis beatos se existimarunt in paupertate sua, quam divites mundi inter divitiarum suarum affluentiam? Quot majorem in confusionibus, atque contemptibus consolationem gustarunt, quam ambitiosissimus quisque in honoribus, & quot majori affecti sunt gaudio se gravissimis obrutos crucibus inuiti, quam libidinosissimus quisque in suis voluptatibus? *Idem.*

Magna difficultas educendi sanctum ex nihilo peccati.

De nihilo peccati sanctum educere non adeo facile est opus. Deus omnipotens, ut de tenebris lucem educeret, unico usus est verbo: *Dixit lumen tenebris splendescere.* Sed ut sanctum in terris faceret, eumque æterna beatitudine dignum in cœlis præberet, ipse in terras descendere debuit, sese inter peccatores annihilare, ut peccatorem de hac abysso educeret, alioquin hinc inde numquam fuisset egressus. Cumque Verbum hoc omnipotens descendit, ac semet in creaturarum suarum ordinem redegit, pretiosum aperuit gratiarum suarum thesaurum, eas hominibus largiturus, ut si vellent, sancti fierent. Ut eos gratias recipere cogat, illos oret, hortetur, eisque quacumque ratione persuadeat, opus est. Hoc illi omnibus vitæ suæ laboribus tetit, ad id suas impendit vigilias, sudores, lacrymas, prædicationes, miracula; verbo, nulli pepercit rei, ut homines de profunda peccati abysso retraheret, & sanctos efficeret. At nondum satis, illorum ipse infirmitatem susciperet, opus fuit, ut suam illis fortitudinem communicaret; illorum in se miserias reciperet, ut illos iisdem liberaret; illorum peccata ferret, ut ipse illis suam concederet sanctitatem. Ita per omnipotentis hujus Dei merita, homines poterunt, si voluerint, thesaurorum sanctitatis Dei fieri participes, & locupletari, dummodo tantum velint recipere inestimabilia bona; quæ illis acquisivit Deus & quæ in manibus eorum ponit. Heu quid Deus meus! tot ne profusionibus erat opus, tantopere te ipsum torquere oportebat, ut homo de peccatorum abysso educeretur, & sanctus fieret? O Deus misericordiarum! Ego unus pluris steti tibi, quam mundi totius creatio, neque tot labores, pœnasque pertulisti, nisi ut de peccatore sanctum faceres, & de misero nihilo filium Dei, atque æterni tui Regni hæredem. Ita voluisti Domine, neque dubitare licet; quoniam tantum laborasti, & ad id laborasti; loquuntur actiones tuæ, ac multo vehementius passiones tuæ loquuntur, & efficaciter probant, te plura fecisse, ut me sanctum faceres, quam quæ tibi fuissent facienda, ut centum alios hoc majores mundos crearres. Nonne miser essem, si labores tuos irritos facerem, & si gloriosam hanc sancti qualitatem contemnens, mallem misere in peccati abyssum me iterum immergere, unde in brachio forti, cum gratiarum tuarum affluentia me eduxisti? *Idem.*

Facilius est sanctum esse, quam pravam vitam ducere.

O vitæ christianæ sanctitas! Omnes te reformidant, quoniam nimis severa, austera, & non ferenda existimaris; sed quia te non noverunt, neque experti homines sunt. Qui te paulisper cognovisset, amabilis dulcedo sanctitatis, ad quam nos evocat Deus, nae fateretur, longe facilius, atque jucundius esse sanctorum, quam peccatorum vitam vivere, atque cupiditatum tyrannidem toto cœlo, quam Jesu Christi imperium, esse duriorem. Veritatem hanc sedulo ad examen vocate, vos, qui de vestra diffidentes imbecillitate non audetis ad sanctitatem contendere, quia vos illam assequi nequaquam posse existimatis. Respicit ingentia, quæ de vobis habet, consilia, & validum gratiarum, quas vobis offert, auxilium, nullus enim dubito, quin vobis vires, animique accedant ad illud aggrediendum opus, quod re ipsa quidem est difficile, sed quod nulli est impossibile. *Idem.*

Sanctitas semper est veneratione digna, eamque omnia, creata colunt.

Sanctitas verenda est, semperque habita fuit digna veneratione in illis, in quibus eluxit, & bruta quoque ferocissima, & res ipsæ sensu carentes testata sunt, quonam in honore illam haberent. Eam coluerunt Leones in tot solitariis, qui cum ipsis intra saltus, & nemora vitam ducebant, tygrides eam reverita sunt in sanctis Martyribus, qui ipsis devorandi in amphitheatris objiciebantur, ad quorum corpora illæ ne accedere quidem ut plurimum audebant. Mare illi in tot sanctis paruit, semet solidum sub pedibus ejus matmoris instar substernens, atque gloriæ sibi vertens, quasi eam veluti in triumphum deferret. Dei quoque interest honor, qui adhibetur illi, & Ecclesia quemdam religionis cultum in hoc statuit, si eos colat, qui in eadem excelluerunt. Quamobrem videmus, populos nequaquam expectare mortem eorum, quos veluti sanctos respiciunt; catervatim ad illos confluunt; quodcumque vel etiam minimum, quo illi usi sunt, tamquam pretiosas reliquias putant, & credunt non immerito, quodcumque ad aliquem pertinet sanctum, sanctum esse, & dignum veneratione. *Nimis honorificati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum.* Ps. 138. *Idem.*

Sanctitas Christianismo essentialis.

Sanctitas Christianismo ita essentialis est, ut omnes S. Pauli epistolæ ad primos fideles ita inscriberentur: *Ad Sanctos Ecclesiæ Ephesi, ad Sancto Ecclesiæ Corinthi, &c.* cum per hoc magnus ille Apostolus innuere vellet, Sancti, & Christiani qualitatem invicem separari non posse, & alteram inferre inevitabilem alterius obligationem. Sumus Dei templa per baptismum fundata, & incæpta, inquit S. Zeno Veronensis; sed illi in dies magis, magisque attollenda, ac perficienda sunt novis sanctitatis incrementis. Templa quidem sumus, sed templa viventium, quæ semper crescere debent per gratiam Domini nostri, cui incumbere debet omne spirituale ædificium, ut crescere, augerique possit, dicit Apostolus ad Ephes. 2. *In quo omnis ædificatio constructa crescit in Domino semper.* Sanctitas hæc ab animabus nostris migrare debet etiam in corpora, quæ offerenda a nobis sunt Deo, tamquam hostiæ viventes, quæ illi acceptæ sint, inquit S. Paulus. *Specimen sermonum pro prima post Epiphaniam Dominica.*

Fallax sagitiorum objectio, sanctitatem esse impossibilem.

At enim inquies, nihil speciosius, nihilque divinius sanctitatis idea; sed nihil magis temerarium, quam quod homo se ad hanc formare velit ideam. Philosophorum sapientia quantumvis imperfecta nullibi nisi in scriptis eorum inventa fuit; semper totalis ferme deprehensa fuit oppositio inter eorum sermones, ac vitam. Marmorei, æneique homines esse debuissent, ut chimericis eorum parerent institutis. Quomodo igitur creaturæ adeo imbecilles conentur ad sanctitatem, quæ sapientia est toto cœlo sublimior?.... Objectio hæc plurimis quidem satis virium, roborisque videtur habere, præter eos etiam, qui Romanam Ecclesiam insimulant, quod filiis suis jugum imponat viribus eorum longe majus, eosque ad id vitæ genus adstringat, cui per naturæ suæ corruptionem impares sunt. Satis crebro videntur Catholici, qui omnia suffocant desideria, quæ ipsis immittit Deus, vitæ perfectioris, qui resistunt omnibus vocibus, quibus ad sanctitatem vocantur, caussantes hoc sibi irritum fore opus; nullam probabilitatis esse speciem, quod, cum adeo fragiles simus, vitam crucifixam, vitam spiritualem sustinere valeamus; ad quam sustinendam necesse esset, vel non habere corpus, vel hoc non ex limo, terraque esse conflictum. Quæ si vera sunt, quid de evangelio quid de omnibus incarnationis, vitæ, ac mortis Domini mysteriis sentiendum est? Quid? Deus nostram induit carnem, ut inviam doceret viam, ut nobis ob oculos regulam objiceret, cui nemo se conformare posset, ut nobis ea præcepta proponeret, quæ vires nostras excedunt, & exempla, quæ imitari nobis non licet? *P. de la Colombiere 1. sermone pro festo Omnium Sanctorum die.*

Credendum non est impossibilem esse sanctitatem.

Haudita, Redemptor, amabilis; nemo umquam mihi persuadebit, te tot illecebris invitante, ut tuum jugum suscipiam, & crucis pondus subeam; te tanto zelo ad spiritus paupertatem, ad passionum, eorumque amorem, qui easdem mihi inferunt, ad mundi, & meimet ipsius odium hortante: te præcipiente, ut sine sollicitudine vivam, & ne timeam vel mortem, vel quidquid suppliciorum excogitare potest sævitia; te suadente, atque extimulante, ut omnia ad te venturus relinquam; te omnibus timoris, amoris, ac spei propositis argumentis adnitente, ut pœnitentem, & mortificatam vitæ rationem aggrediar, verbo, ut sanctus, perfectusque sim; mihi credendum esse, hæc tua vel consilia, vel præcepta adimpleri non posse, ac imprudentis esse illis sese submittere, & eadem amplecti. *Idem.*

Sanctitas, & christiana perfectio non est ita difficilis, ut vulgo existimatur.

Nequaquam, fideles, sanctitas nulli impossibilis est; immo nescio cui difficilis esse possit, si excipias divites, quibus, dissimulari non potest, quominus incommodum sit ingredi sanctam viam, quam evangelium regnum cœli vocare consuevit; quoniam hoc ipse testatur JESUS CHRISTUS. Sed quantumcumque illis arduum sit vias ingredi sanctitatis, hoc tamen ipsis absolute impossibile non est; possunt enim,